

Christi sequacibus usui fuit, suscitare mortuum, pauca tamen e^{l)} pluribus, ut testati sumus, quę dominus per eum^{m)} operatus est, dicemus. Revertenti nanque illiⁿ⁾ quondam a coenobio sancti Viventii³²⁾ confessoris, cum iam appropinquaret sancti Benigni monasterio, obviam habuit promiscui vulgi turbam plangentem ac repedantem a spectaculo cuiusdam miserrimi videlicet^{o)} ex eiusdem servorum familia sancti Benigni, quem magistratus crimine convictum mortique^{p)} suspensionis patibuli^{q)} adiudicatum deliberaverat. Quod audiens vir^{r)} misericors, miliario^{s)} distans a loco dimisso equo illucque^{t)} quantotius^{u)} occurrens^{v)} hoc tantum dicebat: „Iesu, Iesu, qui pepercisti latroni in cruce, miserere“. Iussitque suis velocius infelicem illum, quem cernebant e trabe pendere, iam rigentem deponere. Ipse^{w)} vero toto prostratus corpore orationi incubuit. At illi solventes lora^{x)} guttur illius artantia exanimis in terram cecidit. Ad quem accedens (*fol. 229^{v)}*) vir pius ait: „Surge“, inquit, „quia^{y)} dominus imperat“. Ille^{a)} vero aperiens oculos erexit se admirans valde se sibi^{b)} superesse^{c)}. Qui cum viro dei egrediens exultantibus cunctis ad monasterium plures postea vixit annos. Multos nempe ad huiusmodi^{d)} patibuli suspendio ac nece per diversas provincias tam interventu quam redemptionis pretio liberavit. (*cap. 27*) Nam et fratribus^{e)} monasteriorum utilitatibus prepositis illud sepius inculcabat, ut in exactione sibi commissorum forent providi, ne forte nimis tenues pro census reddito^{f)} affligerentur. Dicebat enim se magis velle largiri egenti quam exigere quippiam ab indigente. Itinera quoque eius^{g)} per civitates et vicos, seu quorsum^{h)} haberet, ingens pauperum atque infirmorum turba preoccupaverat. At ipse liberalis et largus beneficiorum erat universorum impensorⁱ⁾. Desiderabatur enim ab omni hominum ordine vel sexu^{k)} ipsius presentia sicuti unus^{l)} e patriarchis

l) de BM

m) ipsum R, istum BM

n) Reuertens namque ille R

o) *fehlt R, stattdessen nach familia*

p) morteque BM

q) RBM, -lo aus -li F

r) *fehlt B*

s) miliari R

t) illuc RBM

u) -tius aus -cius F

v) BM, *currens mit einer Rasur von zwei Buchstaben davor F, accurrit (= Paraphrase) Me, accurrens R*

w) Iste B

x) illis solventibus loca R

y) *fehlt MeRBM*

a) ipse BM

b) R *nur se, BM nur sibi*

c) in M *Anmerkung: „al. suppresses“*

d) eiusmodi R

e) tribus B

f) pro censu non reddito R

g) eius seu R

h) BM, quorsum F, aliorum R

i) impensa R

k) sola R

l) unius RBM

³²⁾ St.-Vivant de Vergy, s. oben Anm. 10.